UNda undam pellit, quò machina perpete motu
porisque & vaſis intemerata ſiet.
Pellere ſi ceſſet, vel pulſa errore quieſcat,
mox labem haut unam deſidioſa ciet.
Tu laxare vias, fluxus componere motos
& vegetare ſciens laude decente micas.

CL. BERGERO,

*De ingenii raris dotibus, & ſolidâ in arte medicâ quoad Theoriam & praxin eruditione gratulor, & fauſtiſſimos ſucceſſus precor*

Georg. Wolffg. Wedelius.

---

NEſcit in occulto BergI doctrina latere,
Quam Lympha circulata prodit optime.
Ergo nec illius claudetur fama Lyceo,
Orbemque terræ læta pervagabitur.

*Hiſce Nobiliſſimo atque Clariſſimo Domino Doctorando, Fautori atque Amico honoratiſſimo de ſummis in Medicina honoribus propediem capeſſendis gratulari voluit, debuit.*

J. Adrianus Slevogtius. D.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366939734/28
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG